

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Doctrina siue doctor au  
cum fonte primo

Miser est qui ante compulsus est docere quam discere,  
et ante presumens bonum predicare quam facere,  
tanquam sterilis arbor cum non habeat opera pro pomis,  
spargit uerba pro foliis.

Ego autem, infelicis conscientiae mole depressus,  
ui febrium nuper extremum salutis accessi,  
utpote cui indignissimo tantae professionis pondus impactum  
est, qui miser, ante compulsus docere quam discere  
et ante presumens bonum praedicare quam facere,  
tamquam sterilis arbor, cum non habeam opera pro pomis,  
spargo uerba pro foliis.

Sidonius Apollinaris, *Epistularum libri nouem*, 3.5.3  
(A. Loyen ed., vol.2, pp.177-8).

Et cum non adsit medulla sensuum, habundat spuma uerborum.

Sydonius libro V. epistolarum.

Summa homini cura de litteris,  
sed maxime religiosis, in quibus eum magis  
occupat medulla sensuum quam spuma uerborum.

Sidonius Apollinaris, *Epistularum libri nouem*, 7.13.2 (A.  
Loyen ed., vol.3, p.67).